Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

erant circa iordanen. et habitauit in sodomis. Homines autem sodomitę
pessimi erant. et peccatores domino coram nimis. Dixitque dominus ad abram.
postquam diuisus est loth ab eo. Leua oculos tuos et uide a loco in quo nunc es.
ad aquilonem et ad meridiem. ad orientem et ad occidentem. Omnem terram
quam conspicis tibi dabo et semini tuo usque in sempiternum. faciamque semen tuum
sicut puluerem terrę. Si quis potest hominum numerare puluerem. semen quoque tuum
numerare poterit. A. Cum ieiunatis nolite fieri sicut hypocritę tristes. A. Thesaurizate
uobis thesauros in celo ubi nec erugo nec tinea demolitur. A. Ubi est thesaurus tuus ibi est et cor tuum.

Factus est sermo domini ad abram per uisionem dicens. Noli timere abram.
ego protector tuus sum. et merces tua magna nimis. Dixitque abram.
Domine deus quid dabis mihi. Ego uadam absque liberis. et filius procuratoris domus
meę iste damascus eliezer. Addiditque abram. Mihi autem non dedisti
semen. et ecce uernaculus meus heres meus erit. Statimque sermo domini
factus est ad abram dicens. Non erit hic heres tuus. sed qui egredietur de utero
tuo. ipsum habebis heredem. Adduxitque eum foras. et ait illi. Suspice
celum. et numera stellas si potes. Et dixit ei. Sic erit semen tuum. Cre
didit abram deo. et reputatum est illi ad iusticiam. Dixitque ad eum. Ego
dominus qui eduxi te de ur chaldeorum. ut darem tibi terram istam et posside
res eam. Dixit abram ad dominum. Domine deus. unde scire possum quod
possessurus sim eam. Et respondens dominus. Sume inquit mihi uaccam trien
nem. et capram triennem. et arietem triuum annorum. turturem quoque et columbam.
Qui tollens uniuersa hec diuisit ea per medium. et utrasque partes contra se altrinsecus posuit.
aues autem non diuisit. Descenderuntque uolucres super cadauera. et abigebat eos abram.
A. Me etenim de die in diem querunt et scire uias meas uolunt. A. Quare ieiunauimus et non
aspexisti humiliauimus animas nostras et nescisti. A. Frange esurienti panem tuum et egenos uagosque induc in domum tuam.

Igitur sarai uxor abram non genuerat liberos. sed habens ancillam egyp
tiam nomine agar dixit marito suo. Ecce conclusit me dominus ne parerem.
ingredere ad ancillam meam si forte saltem ex illa suscipiam filios. Cumque il
le adquiesceret deprecanti. tulit agar egyptiam ancillam suam post an
nos decem quam habitare ceperunt in terra chanaan. et dedit eam uiro suo
uxorem. Qui ingressus est ad eam. At illa concepisse se uidens. despexit
dominam suam. Dixitque sarai ad abram. Inique agis contra me. Ego dedi
ancillam meam in sinu tuo. que uidens quod conceperit despectui me habet. Iu
dicet dominus inter me et te. Cui respondens abram. Ecce ait ancilla tua